

Tum demum ad *Remigium* suum redit, postque alia rogat: *Mu-
tuitur Tui Friderici sis amans. Errores corrige obsecro si quos ob
scripturę meę et stili ineptias in-
tercalatos repereris.* Tractatus Po-
lemicus de diversis Nominibus
Corporis Christi in Sacramento.
In illud *Pf. VIII. Domine domi-
nus noster quam admirabile est no-
men tuum in uniuersa terra.* Post
XIV. *Nomenclaturam* abrumpi-
tur. Notata in locum *Pauli ad
Rom. III. Arbitramur enim iustifi-
cari hominem per fidem &c.* De-
nique Fragmentum Sermonis de
Purificatione B. V. et de *S. Mar-
tino.* Nihil hic Enumeratorum
tangit laboriosissimus Antistes no-
ster in *Catalogo Lucubrationum*
suarum, qui *Epistolis* ad Ipsum
datis adhaeret, *Basileae 1550.*

*Accipe sancte Pater Otgari summe Sacerdos
Librum quem dudum mente dedi et calamo
Qui laudem Christi resonat Crucis ardua facta
Munere quae Christi dona beata dedit
Destruxit mortem vitam concesserat almam
Et genus humanum reddidit artifici
Hoc opus ergo tuus Decessor semper amandus
Expetit Haistolfus cui quoque hoc dederam
Sed quia hic claustra superavit carnis ovando
Et vultum Christi cernere semper amat
Tu modo suscipias teneas ac rite fruaris
Artificem uilem rite tuendo prece.*

Fol. seq. averso rudi pictura ex-
pressus est fortasse hic ipse *Otga-
rius* Archiep. Moguntinus *Hraba-
ni* praecessor cultu pontificio se-
dens, dextraque bene precans
Hrabano sibi librum offerenti, cu-
jus humero manum imponit pone

fol. 475. f. Non inutilia tamen
forent ei, qui de Actis et Scrip-
tis Viri pro merito tandem trac-
tare vellet, ad quam rem non
spernendam *συμβολην* paravi in
Historia Typogr. Viennensi.

CCLXXXI. VIII. A. 5

Codex membraneus lat. Sec. 39
IX. Folior. 48. f. max. probe
scriptus et bene conservatus ex-
hibet *Magnentii Hrabani Mauri*
Monachi primum Fuldenfis, dein
Moguntini Archiepiscopi a. 856.
4. Febr. humanis exemti *Libros
II. de Laudibus Sanctae Crucis.*
Initium facit *fol. 1. pag. aversa*
sequens Hexastichon, quod in
nullis haecenus Operis hujus edi-
tionibus legitur, litera quadrata
scriptum:

adstans cano capite *Albinus* five
Alcuinus Hrabani magister. Ca-
pitibus illorum manus paullo re-
centior inscripsit: *Otgarius epi-
scopus maguntinus. Rabanus mau-
rus. Albinus abbas.* Picturam ex-
cipit elegiaca *Intercessio Albini
pro*

pro Mauro, quae quidem in impressis exemplaribus repraesentatur tanquam ad Gregorium IV. P. M. directa, certissime vero *Jose-*

Abbas namque suus fuldensis rector ovilis

Illum hic direxit ad tua tecta pater

Quo mecum legeret &c.

Cuinam hic Romae in mentem veniat? Nunquam ibi Aleuinus literas docuit, quidquid *Tritheimius* in *vita Hrabani edit. Opp. Colon. 1626. T. I.* adferat, sed docuit Turonibus in D. Martini Asceterio. Itaque et recentior illa manus picturae supra memo-

Pontificem summum Saluator Criste tuere

Et saluum nobis Pastorem in saecula serua

Preful ut eximius sit rite Gregorius almae

Ecclesiae custos doctorque fidelis in aula.

adjectaque e regione Elegia dedicatoria: *Sedis apostolicae princeps* &c. ut in impressis exemplaribus habetur. Sequitur jam *Imago Hludovici Imp.* operosissimo illo mechanismo metrico contexta, cujus infelices reliquias in Chronostichis, Acrostichis &c. nondum penitus excussit aetas nostra. Tam huic Imagini, quam reliquis XXVIII. *Figuris* signum *Crucis* diversimode repraesentantibus adjecta est prosaica Carminum *Explicatio*, sub cuius finem ipsa etiam mechanismi metrici ratio exponitur. Fol. 33. in explicatione Fig. XXVII. desunt nobis ultima haec verba: *ei etsi bonos artem ibit et odis. Qui per easdem literas relectus redit in*

Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat.

phum eo tempore Archiepiscopum Turonensem petit, quod vel ex sequentibus versibus patet:

Gregorius Papa sedens, stantibus a tergo monachis duobus, librumque de manu Hrabani suscipiens circumscriptis in quadrum litera capitali his versibus:

Josephum pro *Otgario* inscribere potuisset. Fol. demum

3. *averso* rudi pictura exhibetur *Gregorius* Papa sedens, stantibus a tergo monachis duobus, librumque de manu Hrabani suscipiens circumscriptis in quadrum litera capitali his versibus:

Pontificem summum Saluator Criste tuere

Et saluum nobis Pastorem in saecula serua

Preful ut eximius sit rite Gregorius almae

Ecclesiae custos doctorque fidelis in aula.

priorem, eum scilicet, qui in longitudine crucis est. Ad calcem *Libri I. fol. 34.* litera quadrata legitur minio: *Explicit Deo iuvante Opus Magnentii Rabani Mauri in honore sanctae Crucis conditum.* In *Praef. Libri II.* Noster anteriorum Scriptorum exemplis se tuetur, qui eandem materiam partim vorfa partim pro-

sa oratione tractarunt; itaque XXVIII. *Capitibus* Figuras suas rursus uberius exponit. Reduxit Opus hoc primus in Eruditorum memoriam *Nicolaus Keinbös O. S. Joh. Hierosol. Sacerdos et Plebanus Durlacenus*, ut patet ex *Elegia Sebastiani Brand* Editioni principi praefixa, in qua sic ad illum:

T t t

Das

*Das quoque materiam, quo prodeat hoc opus olim
In lucem, et vitam te duce suscipiat.*

typis vero admovit *Jac. Wimpfelingius* in percelebri Officina Phorcensi *Thomae Anselmi* anno M. D. III. f. Hinc recusum est eodem cultu *Augustae Vindel.* in *Typographeo Praetoriano* anno M. DC. V. atque inde in *Editio- nem Opp. Hrabani* nostri *Coloniensem* transit, ubi T. I. anno M. DC. XXVI. excuso pag. 273. vifitur. Cum vero in hac editio- ne multa defint, quae tardius lu- cem videre, vel plane etiamnum in scriniis delitefcunt, *Hrabani* Opuscula, optandum effct om- nino, ut post feculum, et quod excurrit, talis, qualis *Magistro Alcuino* anno M. DCC. LXXVII. obtigit, obtingeret etiam *Disci- pulo Frobenius*, quo casu et re- censitus hic Codex ob lectionis varietatem, et plura alia *Hra- bani* per decursum memoranda ex Aug. Bibliotheca Caesarea usui esse possent.

CCLXXXII.

671 Codex membraneus lat. Sec. IX. et Autori fortasse coevus,

Editio.

- Pag. 192. *Domino Optimo
Victoriam — pareat.*
193. *quae decenti.*
194. *occideretur Saul.*
195. *leuiori sermone.*
homini subiacere
196. *propter dominum*

formae paene quadrae, Folior. 80. 4. probe scriptus et rubricis insignis *Rabani Mauri* e Mona- cho O. S. B. Archiepiscopi *Mo- gunt.* a. 856. vivis exemti Opus *de Virtutibus et Vitiis* e sacris Literis lectum continet, quod li- tera miniata quadrata inscribitur: *Domino Piiissimo Hludouico Au- gusto Honor Et Victoria Et Sa- lus Perpetua.* Συραγμα istud, quod *Ge. Colvenerius* ad edi- tionem *Operum Nostri Colon.* 1627. f. nancisci nequirit, edi- derat tamen, qui tot Veterum monumenta a situ, tineisque vin- dicavit, *Wolfg. Lazius* jam *Antverp.* 1560. 8. cum *Frag- mentis quibusdam Caroli Magni Imp. Rom.* ut ait, *Aliorumque incerti nominis de veteris Eccle- siae ritibus ac ceremonijs*, ubi p. 190. orditur. Codice nostro usum fuisse *Lazium*, infra patebit, at negligenter excripfisse, vel ea probant, quae in sola, quam contuli, *Praefatione* ad dictum *Ludovicum Pium* in Nostro rec- tius leguntur. Juvat ea subji- cere:

Codex.

- Fol. 2. *Deo Omnipotenti.*
Pariat.
Distanti.
3. *Occideret.*
4. *Leniori.*
Subjicere.
5. *propter Deum.*

Editio.